[illegible]

BEATISSIMO PATRI ALEXANDRO QVINTO PONT. MAX. ANGELVS

D tẽpora Claudii Ptolemæi/uiri Alexãdrini/cogitãti mihi illud occurritur quemadmodũ i rebus cæteris: quæ a natura gignũtur/ sæcula aliquãdo ipsa seu ex cælestium siderũ meatu: quæ in inferiora uim mittant: seu ex ipsius aeris/terræque tẽperie:seu ex utroque:qđ tamen causam unã habere potest:ubertatem quandaꝫ insolitam pariunt:sic etiã in præclaris obtigisse ingeniis usum est. Apud enim diuin Platonis sæculum per multos egregios floruisse philosophos nouimus. Per multos etiaꝫ oratores. eademque demosthenis tulerũt tempora. quot præstãtissimi claruere uiri diui Augusti imperio: diuinoꝝ scripturaꝝ pricipes: qui in nostra religione habentur:& apud græcos:& apud nos/nunne ex una tanquam matre/uel nido:una genuerũt sæcula:nec in liberalibus tantũ diuinisque doctrinis animaduertisse hoc licet: sed in re ipsa militari minoribus aliis disciplinis:sculptoꝝ pictorũq; aliarũq; artium:quas ætas quædam una excellentissime sibi usurpauisse est cognita: & si parua componere magnis licet: hoc ipsum nostruꝫ sæculum i ciuitate præcipue uestra florentia/quot emicuit ingeniis: quæ propemodum sopita liberalium studia/maxima sui gloria suscitauerunt. Tulerunt & auctorem omnium mathematicoꝝ/hũc Ptolemæum diui Antonini tempora:quæ abunde clarissimis & aliis floruere ingeniis:quoꝝ opera i immortalitati ipsi sæculum ipsum consecrauit. Alii quidem alia. Ptolemæus uero ipse quam multa diuinitus ædidit:inter quæ:& orbis situm diligentissime/ut cætera a mathematicis non discedens exhibuit. hic uero alio quodãmodo/q̃ nostri: inter quos Plinius secũdus Cosmographoꝝ palmam ferre uidetur:rem hãc tractauit. Illi enim licet habitabilem/uniuersi orbis situm descripserint: nõ tamen ex eoꝝ preceptis plane captari potest: qua arte totius orbis pictura formari ualeat:ut proportio cuiusque partis ad totum uniuersale seruetur. Præterea nemo ab illis doceri põt/nisi grossiori quodãmodo:quæ/seu quã/tæ inclinatõnis sunt ad quattuor cæli plagas/eoꝝ situũ:quos i pictura figere decreuerimus nedum quippe longitudinem locorum a fixo quodã nostræ habitabilis totius termino ductam. Quæ tamen rara inuentio est. Sed nec latitudinem ponunt. nostroꝝ etiam nullus præcepta tradidit habitabilem ipsum orbem i plures picturæ tabulas posse diuidi/mẽsura cum toto æque seruata. Eorundem etiã nemo prodit/qua ratione orbis ipse noster:qui sphericus est:in superficiem planã deducatur:non q̧ nostros:qui præstantissimi

mea traditione extiterunt uiri arguendos tantisper censeam/sed q suis contenti limitibus historicorum more rem suam summa industria /& complexi sunt/& prosecuti. qui & alia quædaʒ habent: quæ ab auctore hoc Ptolemæo uidentur prætermissa. Vt autem ea: quæ ab illo absoluta diuino quodam ingenio sunt: cum nostris etiam habeantur: in latinum ipsa curaui transferre sermonem: opus nempe impeditum. & sic: ut de suo īquit mella: eloquentiæ minime capax. eo hoc magis erit: q præcepta ipsa tradduntur: quæ in elegāti etiam materia / non nisi dicēdi genus ab elegantia ferme semotum posse admittere uidentur. Præterea cum circa cælestes maxime uersentur circulos: obque id cum obscuriora etiam sint suauia minus sicuti sunt/ita etiam iudicantur. Quare sacrum presensque numē expectata religiōis ueræ salus: quem nulla diuinarum /& humanaꝝ rerum arcana latēt: quæ ad pessundādum orbis: qui nunc tibi subiicitur regnum/humana pietas/& diuinū allicit præmium: quem ne ab hoc nostrum desiderandum opus supernum qđdaʒ præsagium futuri iam iaʒ imperii tui impulit: ut plane hinc cognosceres/q̄ amplissimam potestatem totius orbis mox esses adepturus. Veniam dabis pontifex maxime Hieronymi præsertim diuini interpretis memor: qui de interprete Cicerone: quem eloquentiæ aureum flumen appellat/se admirari loquitur. q interdum in trāsferendo ita hæsitet: ut qui a Cicerone dicta nesciat a Cicerone dicta non credat. Ceteꝝ geographiaʒ: hoc est terræ descriptionem: Auctor hic noster hoc omne opus græce nuncupat: quam appellationem uir sæculi nostri erudentissimus Manuel Constantinopolitanus suauissimus liraꝝ græcaꝝ nostri sæculi apud nos præceptor/dum ī latinum eloquium id transferre ad uerbum licet pariter incipit non mutauit: sed nos in Cosmographiam id uertimus. quod uocabulum licet etiaʒ græcum sit: tamen apud latinos ita usitatuʒ est/ut iam pro nostro habeatur: credamusque uirum eum: si id quod transtulit emendasset: omnino illud in Cosmographiaʒ mutatuꝝ fuisse. Nam si Plinius cæterique latini: qui terræ situm descripserunt: opus suum Cosmographiaʒ appellant. Et auctores ipsi Cosmographi dicuntur: nescio cur Ptolemæi opus: qui idem tractat: eodem uocabulo apud nos appellari non debeat. Si uero uelint Ptolemæum ipm: ut diximus longe a nostris differre Cosmographis. Nam assertiores huius operis q̄ maxime ex cælestibus sumit tum magis nobiscum sentiunt: cum in Cosmographiæ uocabulo plus quiddam/q̄ ipsa notetur terra: quæ geographiæ nomē tribuit. Cosmos. n. græce mundus latine: qui terram cæluꝫ ipsum: quod per totum hoc opus tanq̄ rei fundamentum adducitur: plane significat: quod ergo geographiam dicunt græci ī omnibus Cosmographorum operibus exemplo nostroꝝ. hoc maxime in ope Cosmographiā usuꝫ ē ꝓprius dici. Sꝫ de his satis. Ia iā Ptolemæū ipm latiīe loquēteꝫ audiamus.

CLAVDII PTOLEMAEI COSMOGRAPHIAE LIBRI PRIMI CAPITA

CLAVDII PTOLEMAEI COSMOGRAPHIAE LIBER PRIMVS

In quo differt Cosmographia a Chorographia

CAPVT PRIMVM

Osmographia designatrix imitatio est totius cogniti orbis/cũ
his:quæ fere uniuersaliter sibi iunguntur. A chorographia hæc
differt:nam chorographia particularius cito loca abscindens/
per se d' quolibet ipsorꝫ agit/describens ferme singula etiaꝫ mi/
nima contentorꝫ a se locorum:quemadmodum portus.uillas.uicos.fluuiorꝫ
scissiones:ac huiuscemodi alia. Cosmographiæ uero ꝓprium est:unam cõ/
tinue habitabilem terrã nobis cognitam ostendere:quo mõ natura/situq; se
habeat:circaque ea tantum intendit:quæ per descriptiones orbis magis ge/
nerales sibi iunguntur:ueluti circa maiora oppida:magnas ciuitates:mõtes
etiam:fluuiosque insigniores. Præterea circa ea omnia:quæ iuxta qualibet
specieꝫ maiori notitia digni sunt. Finis chorographiæ est partem totius sigil/
latim animaduertere:ut si quis aurem tantum:aut oculum pingat. Cosmo/
graphiæ autem totum inspicere:ut si integrꝫ quis caput designaret:Integris
enim imaginibus cum oporteat potiora membra primum adhiberi: deīde
ea: quæ imagines picturasque suscipiunt:ita æqua dimensione inter sese lo/
carı:ut ex iusta distantia uisu possit discerni:an totum sit:seu pars illius:qđ
pingitur. Sequitur non indigne/nec præter rem chorographiæ:quæcũque
etiam minima:Cosmographiæ uero regiones ipsas cum his quæ generalius
sibi aduecuntur ꝓpriũ esse tribui. Nam potiores nostræ habitabilis ꝑtes:
quæ æqua dimensione/ꝓportiõe notabuntur prouinciæ siue regiones sunt.
Et harꝫ priora habentur membra differẽtiæ magis insignes:quæ in ipsis re/
gionibus sunt. Versatur autem chorographia quam maxime circa quale:
magis q̃ circa quantum eorum:quæ describuntur. Circa.n.pingendi simi/
litudinem omnino uertitur circa situum/ꝓportionumq; dimissa. Cosmo/
graphia uero magis ad quantitatem/q̃ qualitatẽ intendit. Naꝫ de ꝓportiõe
distantiarum animaduertit in omnibus. De pingendi uero propietatem nõ
nisi solum imaginibus maiorum descriptionum. Vnde chorographia pic/
tura æget:nullusque eam recte componit/nisi homo pictor. Cosmographia
autem non idem expostulat.nam poterit quis per puras lineas nudasque d'/
notatiões loca figerẽ:ac figuras generales īscribere. Quare illi mathematica
opus ẽ. Sed cosmographia ea est potior pars. Contẽplari.n.in hac oportet
totius orbis magnitudinem/& formam. Præterea situs ad totum orbem/ut
fas sit partem contentam qualis/& quãta sit dicere:& sub quibus cælestis
sphæræ parallelis locetur. Vnde de dieꝝ/ac noctiuꝫ magnitudine:de fixisque
supra uerticem nobis sunt/de stellis:quæ supra Orizontem semꝑ feruntur
de his quæ perpetuo nobis non oriuntur:Et omibus deinde quæ ad rationẽ
habitationum nostraꝝ spectant:disserere poterit: quæ hũanis ingeniis ma/
thematico iure demonstrari altissimum atque pulcherrimũ est:ut cælum
ipsum:natura se habeat/cum ueluti ambiens nos ostendi possit:ut terram

ipsam per imaginem intueri ualeamus: quæ cum certa/& maxima sit: neq; uel tota/ uel pars nos circumābiat ab eisdem quilibet cælū pagrari potest.

Quæ ad Cosmographiam præsupponenda sunt
CAPVT SECVNDVM

Vis cosmographiæ finis: & in quibus a chorographia differat strictim in prioribus annotatū sit. Cum autem in præsentiarū propositum sit habitabilem nostri orbis describere/q̄ maxime fieri possit intra sese coæqualem necesse arbitramur in exordio hoc præponere: quod huius rei primum est historia peragationis: plurimaꝫ noticiam/nacta ex illorum traditione: qui diligentissime regiones quasq; explorauerunt: quodque huiusce animaduersionis/atque traditionis ad geometricam hoc: illud ad obseruationem fixaꝝ pertinet: quod geometricum est per puram dimensionem distantiaꝝ ostendit: qualiter loca inter sese sint sita quod ad superiora refertur/eorundem locoꝝ positiones perfixas docet: cum organis Astrolabicis ad captandas umbras inuentis. Idque certum quidem est/nec in aliqua re anceps. Aliud uero genus est imperfectius/& altero egꝫ. Nam primo cum necesse sit utroque in modo præsupponi ad quem situm duoꝝ locoꝝ distantia uergat. Non.n. solum scire oportet/quantum hic locus ab illo distet: sed uersus quā cæli plagam: hoc est an ad septentrionem seu: ut ita loquamur: ad solis ortum: aut alias particulares inclinationes. Impossibile est hoc considerare diligentius absque dictorum instrumentorum opere: ex ipsis enim omni in loco: omnique in tempore facile inuenīri potest linea meridiani: perque hanc distantiaꝝ peragrataꝝ noticia: deinde hoc etiā dato: dimensio/quæ fit ex numero stadioꝝ/nobis certam noticiā haud præbet ob itinera: quæ raro recta sūt diuersiōibus multis terra mariq; ita actis: ut opus sit ex terrestri itinere secundū qualitatem/& quantitatem distātiaꝝ obliquarum: id quod rectum iter excedit coniectare: atque ex stadiorum sūma minuere: ut uia recta inueniatur: quod etiam in nauigationibus ea ex cā contingit: & ex uētoꝝ pariter flatu per totum iter cum æqualitate minime seruato. Præterea: & si eorū locoꝝ distantia diligenter habita est/nō tamē habetur ratio ad totum terræ ambitum: neque captatur situs eiusdem ad æqualitatem circuloꝝ/uel polorum situm. Distātia autem: quæ ex obseruatione superiorum acquiritur/horum quolibet diligenter ostendit. Præterea quantas circumferentias uicissim circuli paralleli/meridianque: qui ꝑ loca ipsa sunt descripti intercipiunt/hoc est quales circumferentias in meridionalibus paralleli: & æquinoctialis intercipiunt: quales ue in parallelis: & in æquinoctiali meridionales: deinde docetur quotam partem occupent ipsa

duo loca circumferentiæ maximi circuli : qui per eadem in terra circum/
scribitur: quæ dimensio parta ex superioribus stadiorum numeratiõe nõ eget :
habita ratione partium terræ ad totius descriptionis ambitum. Nã satis ẽ
circulationem ipsius terræ supponere: tot esse partium: quot libuerit: & earum
totidem contineri a distantiis prænotatis in circulis ipsius terræ maximis.
Sed ad diuidendum totum terræ ambitum: aut ipsius partis indistantes no
stris stadiorum dimẽsionibus notas: hæc æque nõ sufficit. quare ob hæc solũ
necesse fuit quandam rectam in terram distantiam alicui circumferentiæ
maximi cuiusdã cælestis circuli adaptare: & ex fixis habita huius proportio
ne ad totum circulum/ac præcepto numero stadiorum ipsius partis seu datæ
in terram distantiæ poterimus totius terræ ambitũ per stadia metiri. Cõ/
cessum. n. cum sit ex mathematicis demonstrationibus totius terræ & aquæ
superficiem ad totum sphæricam esse/& idem cẽtrũ cum sphera cælestiũ
simul habere : & quod plana quælibet: quæ per centrum emittuntur in cõibus
sui/& ipsarum/cæli terræque superficierum sectionibus maximos circulos faciũt :
quodque eorundem planorum anguli : qui circa centrum sunt circumferẽtias
circulorum ipsorum interceptas/eiusdem unius rationis efficiunt/sequit distan/
tiarum: quas in terra suscipimus quantitate quippe stadiorum/si distantiæ
rectæ sint/ex dimensionibus posse percipi. Rationẽ uero ab eisdem stadiis
ad totum terræ ambitum minime inueniri: quia nulla ad totum proportio
hinc dari potest. A simili autem circumferentia cælestis circuli datur. Nã
cælestis circumferentiæ ratio impropria totius terræ circulatione captat
eademque ratio est similis partionis in circulo terræ: quæ ad maximũ ipius
circulum.

*Quõ ex stadiorum dimensione cuiuscũque rectæ distã
tiæ/licet non sit sub eodẽ meridiano/mẽsura ambitus
terræ sit percipienda: & contra.*

CAPVT TERTIVM

Riores non tãtum rectam quærebant distantiam in terra: ut
circumferentiã maximi circuli captarent: sed eam etiam: quæ
situm teneret in plano/sub uno ipso meridiano. Vnde per istru
menta: quæ diximus/obseruantes puncta : quæ supra uerticem
erant utriusque finis distantiæ datæ ex his signis per interceptam meridiani
circumferentiam sub æqua proportione distantiam in terra notatam habe
bant. Nam ut/dictum est/signa præfata in uno plano assumebãtur: & lineæ
transeuntes per extrema distantiæ ad puncta: quæ supra uerticem erant: ne
cessario concurrebant: & huius coincidentiæ punctũ/cõmune circulorum

ipsorum erat centrum: quota ergo pars circuli per polos descripti uidebantur intercepta ab utroque puncto supra uerticem assumpto totam esse constabat circumferentiam ad totum terræ ambitum. Sed si huiusmodi distãtia non est sub circulo per polos descripto: sed sub alio quolibet maximorum: idẽ ostendi potest obseruatis pari modo eleuationibus poli in terminis ipsius distantiæ & animaduerso simul situ quem habet ipsa distantia ad alterum meridianorum: quæ plane demonstrauimus nos per organum: quod ad obseruationem umbrarum struximus. per quod facile utilissima alia ꝙ multa captamus: & die quolibet noctuque eleuationẽm poli septentrionalis: omnique hora meridionalem situm habemus distantiæ datæ. huiusque dimensionem: hoc est quales facit angulos maximus circulus descriptus per lineam distantiæ cum circulo meridiano iuxta punctum: quod supra uerticem est: ex quibus etiam quæsitam circumferentiam per ipsum instrumentum ostendimus: & circumferentiam æquinoctialis a duobus meridianis interceptam, si paralleli alii sunt ꝙ æquinoctialis. Vnde iuxta demonstrationem hanc: si metiemur unam solam rectamque i terra distantiam numerus stadiorum totius ambitus terræ inueniri potest. Perque autem hoc reliquum est: ut & omnium cæterarum distantiarum dimensio licet recte omnino non sint: nec sub eodẽ meridiano aut parallelo percipiatur eleuatione poli & inclinatione distantiæ ad meridianum diligenter seruata. Contra. n. per rationem circumferentiæ ad maximum circulum stadiorum numerus facile haberi potest a cognita circulatione totius terræ.

Quomodo obseruata ex superioribus ponenda sit notitia peragrationum

CAPVT QVARTVM

Is ergo sic habitis qui regiones sigillatim circumambulauere, si huiusmodi obseruationibus usi fuissent, omnino certam descriptionem nostræ habitabilis facile acquirere potuissent. Sz cum solus Hipparchus paucarum admodum ciuitatum prorum copia: quæ in Cosmographia notatur eleuationes poli arctici nobis tradiderit: ac loca per pauca sub eisdem sita parallelis notauerit. aliqui uero post ipsum quædam rettulerunt locorum oppositorum non tamen quæ æqualiter distarent ab æquatore: sed simpliciter sub eisdem sita meridianis id sumentes ex nauigationibus: uel borea: uel austro secundo factis: ꝙ plures autẽ distantiarum, præsertim quæ ad ortum solis siue ad occasum uergerent, conceptæ fuerint ex generali quadã traditione: non ex auctorum ipsorum ignatia, sed ꝙ nundum diligentioris mathematicæ usus foret. Præterea quia non

multi defectus lunares in eodem tempore diuersis in locis cum obseruati fuerant: quemadmodum eclipsis illa quæ in Arbilis sub hora quinta. In Carthagine uero sub secunda notata fuit: ex quibus uideri possit quot horis æquinoctialibus: seu quot temporum spatiis loca inter sese distarent ad ortum solis/uel ad occasum: æquum quoque est descripturum cosmographiam/quæ nouerit diligentiori obseruatione notata tanquam opis sui fundamenta præponere. alia autem a ceteris tradita his adaptare quousque ipsorum inuicem situs quam maxime fieri possit/cum primis traditionibus certiores inueniantur.

Quod nouioribus historiis credendum magis sit ob mutationes: quæ diuersis temporibus in orbe contingunt

CAPVT QVINTVM

Nicium nostræ descriptionis his prælibatis/sic æque haberi poterit sed cum loca omnia: quæ aut ob infinitam eorum magnitudinem: aut quia non semper eodem modo sese habent: Non omnino satis explorata sunt: & diuturnum tempus eorum noticiam semper certiorem faciat: circaque cosmographiam hoc animaduertendum uidetur: cum concessum sit ex traditionibus uario in tempore æditis non unas nostri continentis partes ob excessum suæ magnitudinis/nundum ad nostram deuenisse noticiam. aliquas uero non quemadmodum sese habent ob pagrationum negligentiam nobis minus diligenter traditas. alias autem esse: quæ nunc aliter quam hactenus sese habent. siue ob corruptiones/siue ob mutationes: in quibus ex parte corruisse cognitæ sunt. necesse nobis sit ad nouas temporis nostri traditionis magis intendere librando tamen in expositione illarum: quæ nunc tractentur & in selectione eorumque hactenus tradita fuerunt: quid sit quidue non sit credendum.

De æditione Cosmographiæ Marini
CAPVT SEXTVM

Arinus igitur tyrius tempestatis nostræ Cosmographorum postremus summo uidetur studio huic materiæ se intulisse. Nam plura explorauisse cognoscitur præter ea: quæ hactenus nota fuerant: deinde ferme historicorum: qui eum preuenerant: noticia diligentissime habita/non tantum quæcunque ab aliis errata fuerunt emendauit: sed illa etiam: quæ ille male tractauerat/quemadmodum in æditionibus pictæ suæ Cosmographiæ: quæ quammulta eliminate licet animaduertere: sed si

inspiceremus ultimo eius operi nihil deesset satis: & nobis foret ex istis eius
tantum cõmentariis absque aliorum inuestigatione habitabilem nostram de/
scribere. uerum cũ ipse uideatur quibusdam animaduersione haud satis fide dig
na assentiri: Praeterea circa modum designatiõis noscatur saepius: nec dime
nsionum: nec oportunae facilitatis debitam curam agere non indigne moti su/
mus: tuti ad rationem: usumque putauimus fore cõmodius operi conferre:
& utro. Quod quippe absque uerborum insolentia q̃ maxime id fieri pote/
rit efficere conabimur/ utrũque erroris genus attingentes breuiter uti ratio
ipsa dictabit: primumque id/ quod ad historiã attinet: queramus: ex qua opi/
natur ipse ad maiorem longitudinem uersus ortum solis: ad maiorem latitu
dinem in meridie: quam satis sit terram nobis notam produci: non aũt iniquus
superficiei distantiam tendentem ab occasu ad ortum solis longitudinem
appellamus / atque distantiam a septentrione in meridiem latitudinem cum
i motibus caelestibus parallelos similiter nũcupemus. Praeterea quod quam
maxime maiorem distantiam longitudinem dicimus: plane quidem conces
sum est ab omnibus distantiam nostrae habitabilis: quae ab ortu solis in oc/
casum extenditur: multo maiorem ea esse: quae a septentrione in meridiem
uergit.

Emendatio latitudinis Marini ab obseruatiõe
superiorum

CAPVT SEPTIMVM

Rimum igitur latitudinis terminum põit & ipse Thulen In/
sulam sub parallelo: qui plagam maxime septentrionalẽ terrae
nobis notae diuidit: quem parallelum ostendit quam potest cla
re ab aequinoctiali distare sexagĩta/ & tribus gradibus qualium est meridia/
nus circulus trecentorum & sexaginta eam autem latitudinem notat triginta
& uno milibus: ac quingentis stadiis prope modum constet. post haec ere/
gione aethiopum Agisimbam nomine: & prassum promontorium ponit
sub parallelo: qui plagam maxime Australem nobis cognitam finit: quem
parallelum sub hyemali tropico sistit. quare omnis latitudo inter aequinoc/
tialem/ & tropicum hyemalem/ ac inter thulẽ: & eundem aequinoctialem in
unum coacta gradus fere septem & / octoginta complet. Stadia uero qua/
draginta/ & tria milia ac quingenta. conatur autem rationem australis finis
ostendere per obseruationes quasdam fixarum ut ipse putat: & per itinera
quaedam terra marique facta: quorum quodlibet attigemus breuiter. In obser
uatione quidem fixarum in tertio opis sui uolumine sub his uerbis memorat
Zodiacus supra torridã zonam totus fertur: ex quo in ipsa umbrae mutãt:
& omnes fixae oriuntur & occidunt. Sola autem minor ursa incipit supra

orizontem tota uideri in ocele plaga septentrionali stadiis quinq; milibus/
& quingentis. Parallelus.n.per ocelen gradibus undecim: & dupliciquinta
eleuatur.ab hipparcho autem traditur minoris ursæ stellam:quæ austra/
lior ĩ ea est: que in ultima ĩ eiusdem cauda notatur a polo distare gradibus
duodecim/& quita duplici:ac ab æquinoctiali profectis ad tropicũ æstiua/
lem polum articum continuo ferri supra orizontem. Australem uero ma/
gis demergi: Præterea his:qui ab æquatore ad tropicum hyemis pergunt:
australem polum supra orizontem eleuari. Septentrionalem uero deprimi.
Vnde per hæc euentus sub æquinoctiali:aut inter geminos tropicos solum
narrat:q; autem aliqua noticia per obseruationem fixarũ uere habita fue/
rit in locis magis australibus/q̃ circulus æquinoctialis minime tradit:ueluti
si alicubi stellas australiores/q̃ æquinoctialis supra uerticem poneret:seu si
meridionales umbras in æquinoctis ad austrum declinari diceret:aut si oẽs
stellas minoris ursæ oriri/aut occidere ostenderet:seu ipsarum aliquas non
omnino uideri australi polo supra orizõtem eleuato. Per ea autem quæ de/
inde tradit:quasdam narrat fixas obseruatas fuisse:quæ tamen mentem suã
omnino non afferunt. Inquit.n.eos:qui ab indis limiricam nauigant: Dio/
dorus samius narrat in tercio taurum in altiori eius loco ad medium cælũ
habere:& pliada ad medium antẽnarum: qui autem soluunt ab Arabia ad
Taniam recta ad meridiem nauigãt:& aduersus canobum stellam:qui illis
Hippos:hoc est equus appellatur:& longe Australis est. Stellæ autem:quæ
illic uidentur apud nos/haud nominãtur & canis/prius q̃ præcanis oritur/ac
Orion totus ante pũctũ: ubi sol ad tropicum æstiuum conuertitur lucet:
Ex his ergo stellarũ obseruationibus quasdam habitationes manifeste ostẽ/
dit magis septentrionales/q̃ æquinoctiales/ueluti cũ dicit taurum/& pliada
fieri supra uerticem nauigantibus. Hæ.n. stellæ citra æquinoctialem sunt:
quasdam autem non australes magis/q̃ septentrionales ostendit. N[illegible]
nobus uideri etiã potest,a longe magis septentrionalibus/q̃ sit tropic[illegible]
uus:pluresque ex fixis/quæ apud nos semper latent in locis magis/q̃ nos Au
stralibus/ac etiam magis septentrionalibus quã æquinoctialis:ut circa sitũ
meroes supra orizontem uideri possunt quemadmodum ipse canopus hic
supra terram eleuatur:minimeque ab his uidetur:qui magis q̃ nos septentri
onales existunt. hunc quippe:qui ad meridiem magis tendunt Hippũ hoc
est equum appellant/nec hoc nomine aliqua dicitur stella ex nobis incog/
nitis. Deinde etiam infert/se ex mathematicis demõstrationibus percepisse
q; orion totus apparet ante tropicum æstiuum his:qui sub æquinoctiali ha
bitant:apud quos etiam canis prius q̃ præcanis oriri incipit:quod usque ad
syenen seruatur. Ex quibus etiam obseruationibus nihil propiũ,aut necel/
sarium esse uidentur: q; habitationum situs magis australes sunt: quam

circulus æquinoctialis .

Eadem emendatio ab Itinerų peragratione

CAPVT OCTAVVM

N peragrationibus autem computans itinerų dies sigillatim a mag/
na Lepti ad Agisymbã regionem/hãc uiginti quattuor millibus/ac
sexcentis/& octaginta stadiis magis australem q̃ æquinoctialẽ ostẽ
dit. Nauigando uero dies solutionis a Ptolomaide:quæ ẽ In treglo/
dytica regione ad Prassum promontorium colligens concludit hoc eẽ Au/
stralius latus æquinoctiali stadiis uiginti & septem milibus/ ac octigentis .
Vnde infertur Prassum promontorium & Agisymbam regionem æthio/
pum:quæ etiam ut ipse fatetur ab Australi plaga non terminat æthiopiaʒ
in frigida Zona oppositi nostri orbis iuxta eiusdem uiri rationem sitaʒ eẽ :
nam uiginti & septem milia stadiorų/ac octoginta in meridiano constituũt
gradus quinquaginta & quinq; cum triplici quinta .quot gradibus ex altera
æquatoris parte iuxta easdem cæli qualitates Scythæ secedunt:& Sarmatæ
qui septentriona paludis Moeotidos incolunt . Reducit igitur & ipse nu/
merum stadiorų ad dimidium minus uel: hoc est ad stadia duodecim milia
quot hyemalis tropicus ferme distat ab æquinoctiali . Cãs huiuscæ secti/
onis esse tradit diuersiones / ac inæqualitates itinerų missis his rationibus/ex
quibus non tantum corripere necesse uidebatur/sed etiã numerų ad medie/
tatem optatam redigere. Primum.n.ĩ peragrationũ narratione refert Sep/
timum flaccum:qui in Libya militauerat:a garamantibus ad æthiopas triũ
mensium spacium peruẽisse uersus meridiem iter agentẽ. Iulium uero ma/
ternum a magna Lepti agaramantina cum rege Garamantum:qui æthio/
pibus bellum indixerat:inquit uersus meridiẽ semper profectum ĩ quattuor
mensibus uenisse ad Agisymbam æthiopum regiõem:quo.s.in loco Rhi/
nocerotes conueniunt:horum utrumque ex se ipso incredibile est/partim q̧
æthiops non adeo agaramantibus absunt:ut spatium trium mensium req/
ratur cum Garamantes ipsi maxime ætiopes sunt : & sub eodem regantur
imperio partim:quia ridiculum est:regem per subditas sibi prouicias recta
a septentrione ad meridiem iter egisse:& cum uersus solis ortum/ac occasũ
gentes ille longissimis effundãtur spatiis:q; necubi moras nota dignas trax/
erit:ex quibus non ab ratiõe est uiros:aut hyperbolice locutos fuisse:aut sic
ad meridiem intellexisse:quemadmodum uulgo dici solet ad Austrum/uel
ad notum:hisque abusos magis/q̃ diligentiæ ueritatis ĩnixos .

Eadem emendatio a nauigationibus factis

CAPVT NONVM

Einde nauigationes inducens inter aromata/& Rhapta: refert quendam diogenem ex his unum/qui in Indiam nauigauerat: cũ reuertissꝫ: & pfecturus iuxta aromata esset ab arctico borea impulsum fuisse. cũque ad dexteram Troglodyticam haberet regionem: uiginti & quinqꝫ diebus ad paludes unde Nilus fluit/penetrasse: quibus Raptoꝝ promontoriuꝫ paulo ad Austruꝫ magis extenditur: Theophilum etiam narrat unum ex hisqui ĩ Azaniã soluerat a Rhaptis ĩpulsum austro uigesima die ad aromata uenisse: hoꝝ uterque quot dierum ea nauigatio foret nõ expressit. Theophilus quidem inquit die. xxx. applicuit. Diogenes uero uigesima quinta die iuxta Troglodyticam nauigauit. uterqꝫ: n. licet rettulerit quot diebus nauigauerit/nõ tamẽ aperuit/quot dieꝝ est illa nauigatio obuentoruꝫ uarietatem atque mutationem quam fas fuit in tãto temporis spatio fuisse. Praeterea nec ad septentrionem/uel ad austrum continuo se nauigasse inquiunt. Sed ait Diogenes/se tantum ab arctico ĩpulsum borea. Theophilus uero se nauigasse per austꝝ. Reliquam aũt nauigationeꝫ qꝫ eandem aequalitatem continuo seruasset/neuter rettulit. Nõ. n. credendũ est tam multis diebus eundem flatus tenorem fuisse seruatum. Vnde cuꝫ Diogenes ab aromatibus ad paludes: quibus rhaptum promõtorium paulo Australius est uigesima & quinta die nauigauit: & Theophilus ab Rhaptis ad aromata: quae distantia maior est die uigesima pertrãsierit a Theophilo unius naturalis diei nauigationem si secunda fiat mille stadiorum: eẽ tamen inquit nauigationem a rhaptis ad prassum promontorium: quae multoruꝫ dierum est: a Dioscoro quinque milium stadioꝝ/tãtummodo poni. Nam facillime inquit: ut decet sub aequinoctiali uariãtur uenti. Praeterea accessus iuxta aequinoctialem ex utraque solis parte perniciores sunt. Ex his igitur aequius erat numero dieꝝ non assentiri. Praeterea quod efficatius est qꝫ cõputatio facta aethiopas & rhinocerotum conuentum in frigidam alteram zonaꝫ oppositae habitabilis terrae extendit. Ratio. n. ipsa asserit omnia animalia/omnesque plantas aeque similitudinem unam trahere sub una caeli q̃litate: aut aeris temperie: hoc est sub eisdem parallelis/aut sitibus aequaliter ab utroque polo distantibus iuxta proportionem unam omnium qualitateꝫ esse. Quare marinus iuxta hyemalem tropicum latitudinem perstrinxit: nulla praebita ratione tantae contractionis. Si admittat quis dieꝝ numeꝝ: & peragrationum nauigatiõumqꝫ seriem/quam ipse exprimit. Sed & hoc animaduertes ille numerus tantummodo diurnoꝝ stadiorum minuit/idqꝫ praeter modum/atque consuetudinem agit quousque ad optatum: & oportunium parallelum deueniatur. Agendum autem contra fuit. nam diurnae quidem

peragrationi/eidemque possibili facile fuit credendū:æqualitati uero itinerū
seu nauigationū:aut q̄ per lineam rectam omnino itum fuerit assentiri mi/
nime decuit:cū ex his distantia quæsita non posset haberi/sed nouissime fas
fuit: q̄ eadem latitudo ultra æquinoctialem protenderetur : sed hoc ipsum
ex certiori modo obseruatione.s.quorundam superiorū cognoscere erat æq/
us: quod omnino diligentissime explorasset quis /si ex mathematicis plane
considerauisset:quæ in illis regionibus accidunt.Cū uero animaduersio hæc
haud habita fuerit:relinquitur/ut q̄ magis ratio dictat simplicius quantitatē
distantiæ:quæ æquinoctialem egreditur:animaduertamus.Habetur autem
id per genera/atque formas/colores animantium ibi degentium: ex quo non
uidetur consequens esse parallelum Agisimbæ regionis:quā liquet Aethio/
pum esse usque tropicum hyemalem attingere/sed circa æquinoctialeʒ ter/
minari.nō.n. apud nostri locis illi oppositis: hoc ē sub æstiuo tropico colo/
res habentur Aethiopum/nec rhinocerotes/aut elephantes sunt: sed in locis
non multū Australioribus modice nigrent:quemadmodum qui itra Sienē
tricondaschinum habitant : quales ob eandem causam Marinus ille descri/
bit esse garamātas:quos nec ī ipso æstiuali tropico/nec magis eodē tropico
septentrionales sed longe australiores esse tradit. In locis autem circa me/
roem abunde sunt nigri : & cum primum puri æthiopes / ubi elephantum
& monstrosorū animantium genus alitur.

Quod non ponendi æthiopes sunt magis australes q̄
parallelus oppositus parallelo per meroem.

CAPVT DECIMVM

Vare nunc usque actum bene uideri poterit/hoc est quousque
traditio illuc nauigantiū narrat/æthiopes agisymbam regioneʒ
& Prassum promontorium cæteraque:quæ in eodeʒ parallelo
sunt sita in opposito per meroe parallelo describere.Id autem
erit in situ distanti ab æquinoctiali uersus meridiē gradibus pariter sexdecī/
ac tertia cum duodecima: stadijs uero octomilibus/& ducentis ferme:quo
pacto tota eiusdem habitabilis latitudo pene colligitur graduuʒ septuagita
& nouem / ac tertia & duodecima uel ad summum octoginta / stadiorum
uero quadraginta milium:distantia quippe inter magnam leptem & gara/
mam:quemadmodum Flaccus atque Maternus tradiderunt : stadiorum
ponitur quinque milium pariter/ac quadringentorum:uigesima nāque dies
secunda profectio est emendata post primum iter/ut tota ad meridiem uel
ad septentrionem directa sit:cum primum iter ob flexiones dieruʒ trigintā
fiunt:numerū autem stadiorū cuiusque diei eos exposuisse memorat : qui id

iter sæpius peragrauerũt: quod nõ tantum pulchre sed necessario animad/uersum est ob æquandi diuersiones. quemadmodũ autem d' raris magnisq; ac nundum recte exploratis distantiis dubitandũ est / sic illis: quæ nec magnæ, nec rare sed sæpius a multis peragratæ sunt credi fas est.

Quæ de longitũdine a Marino male tradita sunt
CAPVT VNDECIMVM

D quantum igitũr spatium situs nostræ habitabilis congrue extendi in latitudinem possit: Ex his nobis manifestum est. lõgitudinem uero Marinus inter duos meridianos notat qndecĩ horarũ spacia continentes: nobis autem uidetur distantiã hanc uersus solis ortum plusq̃ deceat extẽdi: quæ si cõtrahatur iuxta fas debitũque / non integra duodecim horarũ spacia constituere posse uidebitur cum in ultimo occidentis termino similiter ponantur Insulæ fortunatæ: plagam uero maxime orientalem Seres / Sienæque / atque Catigara terminant. Distãtiam. n. ab insulis fortunatis ad transitum Euphratis per hierapolĩ sub parallelo per Rhodum similiter seruamus & nos cum numero stadiorum: ab ipso sigillatim exposito partim ob frequẽtem itineris usum: partim quia in maioribus distantiis uidetur & ipse recte collegisse / id quod ex flexiõibus & inæqualitatibus itinerũ emendandũ fuerat. Deinde etiam quia ponit gradum unum / q̃lium est maximus circulus trecentorũ & sexaginta in supficie terræ quingenta stadia intercipere: quod ex notis certisque dimensionibus liquet. similem autem circumferentiam Rhodiẽsis paralleli: hoc est distãtis ab æquinoctiali triginta & sex gradibus quadringentorũ ferme stadiorũ esse exponit: quod enim in eis æqualitatem rectam excedit secundũ rationẽ parallelorũ ex paucitate sua pinguiori donatur computo. Distantiam uero: quæ ab ipso transitu Euphratis usque ad turrim lapideam comprehendit: Inquit ipse Schinorũ octingentorũ ac septuaginta & sex esse: stadiorũ uero uiginti & sex milium / ac ducenturum & octoginta. Deinde a turri lapidea usque ad Seras Metropolim Serũ iter dicit esse Septimestre. Stadiorũ aũt triginta & sex milium / ac ducentorũ. uerũ ut ambas distantias ad eundẽ parallelum redigamus / iuxta æquam contractionem utramque emendemus. in ãbabus quippe peragrationibus non uidetur ipse defalcasse: qđ ex enormitate circumflexionum superest. Præterea & in secundo etiã itinere in easdẽ uidetur incidisse fallacias: in quibus a garamantibus ad gesymbaz lapsus ẽ. ibi. n. computato stadiorũ numero per menses quattuor coactus est eum plusq̃ ad medium restringere: possibile quippe non fuerat per tot dierum spacium iter semper uniforme fuisse: quod in septimestri pagratione etiã

contigisse/haud absurdum estimo magis consonum q̃ i itinere garamãtuꝫ. Illud.n.iter a rege prouinciæ actum est/cum non parua sicut decuit diligẽtia. Deinde sub cælo omnino sereno. peragratio autẽ a turri lapidea ad feras ualidiores suscipit hyemes. Subiacet nãque ut ipse ponit: parallelis per Bizantium hellespontumque: ex quibus dilationes multas in itinere ipso fieri necesse fuit: cum etiam eius profectionis causa negociatio esset. Refert.n. Maen uiꝝ Macedonim: qui etiam Tictanus dicebatur. Patre & ipso negociatore geitum/huiusce itineris dimensionem notauisse/non ꝙ ipse ad feras perrexerit: sed eo aliquem destinauerit sed negociatoꝝ relatibus: & ipse haud assentiri uidetur. Vnde Philemoni non annuit/qui longitudinem Iberniæ Insulæ ab ortu solis ad occasum uiginti dieꝝ exponit. memorat. n. ipsum a negociatoribus eam percepisse: quos negligẽtioris ueritatis esse scribit circa eorum comercia occupatos: eosdem etiam ipse ĩquit persæpius ex inani q̃dã ambitione distantias maxime augere: hic autem in septimestri profectione nihil memoratu dignũ rettulisse eos qui id iter dimẽsi fuerit pro magnitudine temporis monstrum est.

Emendatio lõgitudinis nostræ habitabilis a peragrationibus.

CAPVT DVODECIMVM

Vam ob causam: & quoniam id iter sub uno solo parallelo nõ ẽ/sed lapidea turris circa Bizantii parallelum: & Seræ australes magis sunt/q̃ parallelus per Hellespontum æquum uidetur multitudinem stadioꝝ ex septimestri collectorum non adminus: ꝙ ad medium secare/sed pro expeditiori intellectu ad solam medietateꝫ ut computari possit data distantia stadioꝝ decem & octomilium atqꝫ cẽtum: graduum uero quinque & quadraginta cum quarta: & eniꝫ præter rationem/est & omnino absurdum in utraque hac peragratione tantæ sectiõi non assentiri/ac in itinere garamantum eandem contractionem concedere ꝙ impromptu ratio ibi est. Differentia. s. animantium degentium in agisymba regione: quæ nequaquaꝫ possunt præter naturalia sibi loca traduci. a turri uero lapidea ad feras id pari modo non acceptare: ꝙ eadem ratio illic adduci nequeat: sed per totam distantiam/siue minor ea sit/seu amplior similis ipsius aeris qualitas: & impressio sit. quemadmodum siquis: quia ĩfurto deprehendi nequeat/iusticiam negligat contra ipsius philosophiæ documenta. Vnde primam distantiam: quæ. s. est ab Euphrate ad turrim lapideam octingentoꝝ/ac septuaginta & sex schinoꝝ ob itinerum flexiones ad octingentos tantum schinos contrahimus. Stadia autẽ uiginti & quattuor

milia:quod ita esse creditur ob itineris particulares dimensiones,ac regionũ
crebros aditus,quibus id iter potitum est.Q. autez diuerticula multa ha/
beat manifestum est,ex bisque Marinus ipse ponit. peragrationem enim
a transitu Eupbratis iuxta Yeropolym per Messopotamiam ad Tigrim:&
binc per garamantas iter a Sitte Medorumque ad Ecbatana portasq; cas/
pias.Præterea Parthiæ adecatonpylum fas est per parallelũ rbodi suscipe
Hic.n.circulus per dictas regiões scribitur. uiam uero ab æcatom pyllõ ad
Hircaniam ciuitatem necesse est ad arcton declinare Hircania ciuitate in
medio prope modum posita parallelorũ smirnæ & Hellesponti.nam paral/
lelus smirnæ sub ipsa regione byrcaniæ designatur.Hellesponti uero per au/
strales plagas pellagi byrcano quæ parum magis septentrionales sunt q̃ ipsa
Hyrcanorũ ciuitas a nomine regionis sue appellata. Deinde iter ab bac ad
Margianam anthiochiaz pariam,primo ad meridiem respicit:& cum aria
sub eodem parallelo:quo porte Caspie sita est,post ad arcton inclinat cum
anthiochia circa elespõti parallelum sit posita aqua aditus ad bactra uersus
solis ortum extenditur ad astensum post montium Comedorũ itur uersus
septentrionem:uia præterea quæ montana bæc egreditur,ac perducit ad
uallem:quæ campestria excipit ad meridiem tendit:borũ quippe montium
septentrionalia: & quæ magis occidentalia sunt,ubi ascensus est:ponit sub
parallelo Bizantii:quæ uero australia:& ad ortum solis uergunt sub paral/
lelo bellesponti.Nam montana ipsa tradit ad ortum solis palam quasi extẽ/
sa ad austrum quodãmodo declinare. Inde pendicondaschinum inquit ad
lapideaz usque turrim ad arcton æque uergere. Vallem.n.egressos.turris ut
inquit lapidea,excipit aqua montes:qui ad orientem solem progrediuntur
Imao coniungit:qui a palimbothris ad septentrionem protenditur. Simul
ergo collectis gradibus sexaginta:q; notati sunt per uiginti & quattuor mi/
lia stadiorum cum gradibus quadraginta & quinque:& quarta: tot.n.sunt
a turri lapidea ad seras in parallelo rbodiensi: graduum centum & quinque
cum quinta.colliguntur præterea ex dimensionibus quas ipse supponit sub
eodem parallelo:gradus alii ut dicetur:prio ad meridionali notato per insu/
las fortunatas usque ad sacrum Hispaniæ promontorium gradus duo &
semis.Deide uætii fluuii bostia:post auetro ad angusta atlãtici pellagi atq;
Calpẽ similiter gradus duo & semis in unaquaque distantia. bic a præfatis
angustiis usque ad calarim sardiniæ:gradus uiginti & quinq;.a calari autem
ad lilybeum Siciliæ quattuor & semis ad lilybeum ad pachinũ tres.Moxq;
a pachino ad Tænarũ Laconiæ decẽ. Inde ad rbodũ octo cum quarta ar/
bodo ad Issum:undecim cum quarta.De binc ab Isso ad Eupbratem duo
& semis: colligũtur itaque totius buius distãtiæ gradus septuaginta & duo
Quare ois longitudo terræ nobis cognitæ boc est a meridiano,designato:

seu terminante ab ultimo occasu Insulas fortunatas usque ad Seras graduum centum ac septuaginta & septem cum quarta annotatur.

Eadem emendatio a nauigationibus

CAPVT TREDECIMVM

Oniectare quis posset tantundem esse lõgitudinis spacium etiã ex distantiis:quæ a Marino tractantur nauigãdo ab India usq; ad sinum sinar; atque cattigara:si q̃ maxime propius ratio habeatur sinuum ac inæqualitatum nauigationũ:situumq; ipsar; regionum:post.n.colchor; sinum a promontorio:quod nuncupatur Cory. Suscipi inquit sinum argaticum:constareq; usque ad curulim urbem stadis tribus milibus/ac quadraginta:additque ea; ciuitatem sitam esse ex pte boreæ eiusdem Cory promontorii. Colligi igitur posset eadem transfretatõ tertia parte deducta iuxta normam gangetici sinus stadiorum ferme duor; milium/ac triginta cum tota uentorum inæqualitate:ex quibus ut ad continuum,unumque cursum deueniatur:tertia etiam parte sublata/relinquent stadia mille/ac trecenta/& fere quinquaginta iuxta Boreæ sitũ.quo redacto ad situm æquinoctialis paralleli/& aduetum apeliota deductione mediatatis iuxta rationem anguli transumpti habebimus distantiam interceptã a duobus meridianis:hoc est ab eo/qui per Cory promontorium scribitur: & ab eo/qui per curulim adnotatur stadiorum sexcentorum/ac septuagita & quinque:graduum uero ferme unius cum simplici tertia. Hor;.n.situu; paralleli nulla memorabili nota a maximo circulo differunt dictum a curuli urbe nauigationem inquit esse uersus hyemalem solis ortum usq; pulæ:constareq; stadiis nouem milibus/ac quadringentis & quinquaginta:a qbus etiam tercia parte dempta obuentorum cursuumque inæqualitatem habebimus ad unum continuum motum ad eurum fere directum distantiam stadiorum pene sex miliũ/ac trecentor;:a quibus sextam partem deducẽtes ut redigatur distantia ad parallelum æquinoctialem/inueniemus distantia; hor; meridionalium stadior; esse quinque milium/ac ducentorum & quinquaginta:graduum uero decem & semis.hinc gangeticu; sinum ponit decẽ & nouem milium stadior;:a paluri quidem ad sandam urbem/quasi uersus ortum solis æquinoctialem per eundem nauigando sinum tradit decẽ milium stadior;:& quoniam ad æquinoctialem ortum dirigitur ferme uersus cursus ex montium inæqualitate tercia tantum pars ab eodem deducitur numero:quo facto relinquetur ut hor; meridionalium sit distãtia stadiorũ sex milium/ac sexcentor; & septuaginta:graduum uero decem & septem cum tertia. Deinde nauigatione a sanda ad urbem Tamala facit stadioru;

triū milium ac quingentorum aduersus hyemalem solis ortum. Pro inæqualitate aūt cursus iterum partem terciam deducentes habebimus in motu cōtinuo stadia duo milia & trecenta & triginta. ob inclinationem uero ad eandem partem sextam inde sumentes inueniemus distantiam suppositorū meridionalium stadiorum mille ac nongentorū et quadraginta: graduū aūt fere trium & semis cum tercia: post hec transitum a tamala ad aureā chersonesum tradit: stadiorum mille ac fere cētum etiam uersus hyemale ortum. quare & ab hoc numero æque deductis similibus partibus relinquitur meridionalium ipsorum distantia stadiorum octingentorū: graduum uero unius cum quadruplici quinta. unde colligi potest distantiam a Cory promontorio ad auream chersonesū graduū triginta: & quattuor cum quadruplici quinta esse.

De nauigatione ab aurea chersoneso ad cattigara
CAPVT DECIMVMQVARTVM

Vmerum stadiorum nauigatiōis ab aurea chersoneso ad cattigara Marinus non tradit. Alezandrum autem referre dicit: terram hinc oppōi meridiei: eosque: qui secus ipsius littora nauigant die uigesima ad zabas urbem deuenire. Inde a zabis cōtra notum transfretantes: & præsertim ad leuam diebus aliquot Cattigara apprehendere. auget quidem distantiam ipse positam intelligēs dies aliquot pro pluribus. Inquit. n. ob multitudinem/eos numero minime cōprehensos fuisse: quod ego ridiculum existimo. quis. n. dierum numerus infinitus est & etiam si totius orbis ambitus exprimendus sit: quid Alexandrum coegit/ut cum diceret aliquot/intelligeret plures? cum de Dioscoro dicat plurium dierū nauigationem a rhaptis ad Prassum descripsisse: æquum quippe magis est/ut intelligat quis/aliquot pro paucis: quo. s. modo dici solitum est: sꝫ ut non uideamur & ipsi ad multitudinem quandam certas distantias coniectare/conferamus nauigationem ab aurea chersoneso ad cattigara nauigatōi factæ ab aromatibus ad prassum promōtorium: positam. s. uiginti dierum ad zabas: & aliquot aliorum ad cattigara/& uiginti similiter dierū ad rhapta: iuxta theophilum/ac aliorum plurium ad Prassum secundum dioscorum: ne quemadmodum fecit Marinus aliquot dies pro pluribus æque ad mittamus: cum ergo & ex oratione manifesta: & ab ipsorū etiam obseruatione superiorum ostenderimus Prassum situꝫ habere sub parallelo distāti cōtra meridiem ab æquinoctiali gradibus sexdeciꝫ cum tercia parte ac duodecia: & ab eodem æquinoctiali uersus septentrionem parallelus per aromata distet gradibus quattuor cum quarta/colligitur distantia ab aromatibus ad

prassiu cõstare:gradibus uiginti cum duplici tercia. Vnde nõ cõgrue totidẽ graduũ ab aurea cbersoneso ad Zabas:& bic ad cattigara ponẽda distãtia ẽ ab aurea autẽ cbersoneso ad zabas corripe distantiã nõ oportet: quia p inde trãsigit/ac si sub æquoctiali circulo sita foret: cũ ea quæ iteriacẽt loca meridiei opposita ptẽdant. Distantiã uero a zabis ad cattigara cõtrabere docu cũ nauigatio ea sit uersus notũ & plagã orientalẽ:ut situ ad normã æquinoctialis baberẽ possimus. Si ergo medietatez graduũ tribuamus utriqz distãtiæ pp ignotũ excessuz ipsius. Deide terciam partẽ graduũ:qui sunt a zabis ad cattigara decẽ cũ tercia demamus ob inclinationẽ annotatã/babebimus distantiam ab aurea cbersoneso ad cattigara æquata situi æquinoctiali graduũ ac septem ferme cum sexta. Ostensum est aũt a Cory pmon. usqz ad aureum cbersonesum gradus esse trigita/ac quattuor cũ quadruplici quita. Vnde tota distãtia a Cory ad cattigara graduũ fere quinquaginta/ac duorum colligitur. Sed meridionalis quidem:qui scribit p principiuz indi flu. paulo iuxta morinũ est occidentalior pmontorio septẽtrionali isulæ Taprobanes qd Cory opponit:& ab boc distat meridionalis designatus p bostia Vætii flu. borarum spaciis octo:gradibus uero centũ/ac uigiti. præterea meridianus buiusce Vætii a meridião notato p insulas fortunatas abest gradibus qnqz unde colligitur meridianũ p Cory a meridião per isulas fortunatas descripto stare paulo plus centum/ac uiginti & quinqz gradibus. Meridianum per cattigara a meridiano earundẽ insularum paulo etia plus centũ & septuaginta/ac septẽ gradibus iuxta eandẽ ferme distantiã graduũ collectorum in parallelo rbodiensi:sed ponat longitudinẽ usqz metropoliz sinarum integrorum eẽ graduuz centũ/ac octuagita. borarum uero duodeciz:cũ fatcant oẽs eã magis orientalez esse q̃ cattigara. Colligit igit longitudinez p insulã rbodum stadiorum esse septuaginta & duorum milium.

De iis quæ in expositione particulari Marinus dissentit

CAPVT DECIMVMQVINTVM

Istãtias generales sic ergo cõtraximus longitudinis. s. in plagaz orientalez ac latitudinis in septentrionẽ ex causis prænotatis. Præterea quorundã ciuitatũ situs in locis pluribus emendãdos existimauimus ubi repugnãtes:& re pbas expositiones tradidit iuxta diuersas ãnotatões ex uariis & icertis sumptas æditiõibus:quẽadmodũ in locorum oppositõibus iniquius perceptis. Taraconẽ. n. iquit apponi cæsareæ quæ Ion appellatur:ac per banc dicit meridianuz duci:& per montes Pyrenæos:qui nõ pauco magis orientales sunt q̃ taracon pacbynum oppõi magnæ lepti etiã memorat bimerã tbeænis. a pacbyno uero ad bimera distantiã esse colligit quadrigentorum stadiorum. a lepte autem ad tbeænas ultra mille ac quingẽta stadia tradidit esse. ex quibus tbymostenes asserit. Deide

Tergestuz dicit opponi Rauenæ ab iteriori uero sinu Adriatici maris: qui iuxta tilauentũ est flu. distare iquit tergestũ uersus æstiuũ solis ortũ stadiis q̃drigẽtis & octogita. Rauenã uero uersus hyemalẽ ortũ stadiis mille. Silr chelidonæas refert oppoitas eẽ canopo a carinãta papho paphũ sebenico: distantiã uero a chelidonæis ad acarinãta ipe etiã põit stadiorũ mille. a canapo ad sebenicũ a thymosthene ponit ducẽtorũ & nonagita: atq si sub eisdẽ meridianis hæc distãtia eẽt/ pculdubio maior eẽ deberet: qa subiacet circũferẽtiæ maioris paralleli. deide dicit Pisã a Rauẽa distare uersus notũ stadiis septigẽtis: p ptitionẽ uero climatũ/ & horarũ Pisã i tercia/ Rauenã aũt i q̃rta hora describit. Lõdinio etiã Britãniæ niomagũ rettulerit australius q̃nquagita & nouẽ milibus passuũ i climatibꝰ accider talibꝰ adfigit: & athos mõs cũ i parallelo p hellespõtũ situs ab ipo eẽt amphipoli: & loca sibi circũstãtia supra athũ & strriomõis flu. hostia sita sub hellespõto i quarto climate põit. Silr iter cũ thracia fere tota sub parallelo Bizantii locata sit/ oẽs ipius urbes mediterraneas incliatet: qd' supra eundẽ parallelũ ẽ/ ãnotat. Trapesos etiam dicit se locatũ i parallelo Bizãtii: deide satala Armẽiæ ostendẽs abeẽ a trapezũda uersus meridiẽ sexagita milibꝰ passuũ i descriptõe parallelorũ Bizãtii parallelũ p satala. satala uero p trapezos dũc. Nilũ præterea pollicet ad ũguẽ se descriptũ: ex quo primũ a meridiana plaga ad septentrionẽ usq meroen descendisse uidet. Silr & nauigatões ab aromatibus ad lacus/ ex q̃bus defluit Nilus septentrionali uento fieri inquit. Aromata aũt multo orientalia magis sunt q̃ Nilus. Ptolemais. n. thebarũ magis orientalis ẽ/ q̃ meroe: & q̃ Nilus. decẽ aũt duodeci dierũ pfectõe. Deinde angustiora quæ iuxta ocelen chersonesum/ & diri sunt magis orientalia esse cõstat Ptolemaide: & sinu adulitico stadiis tribus milibus & q̃ngentis. Præterea etiã illis orientalius ẽ maiorum aromatum promontorium stadiis quinq milibus.

Qȝ quedã prætermisit de regionum finibus

CAPVT DECIMVMSEXTVM

